yet let it not cast thee down nor keep thee a long time entangled.
At least bear it patiently;
if thou canst not with joy.
And though thou be not willing to bear it and feel indignation:
restrain thyself;
and suffer not any unseemly word to come out of thy mouth which may offend the little ones.
Soon will the commotion stirred up be soothed to rest;
and thine inward smart will be sweetened by the return of grace.
As I live saith the Lord I am ready to help and comfort thee more than my wont;
if thou put thy trust in me and devoutly call upon me.
Keep thy mind calm and even;
and gird thyself to a greater endurance.
All is not rendered vain;
if thou feel thyself often afflicted or grievously tempted.
Thou art man and not God.
Thou art flesh,
not an angel.
How couldest thou have ever remained in the same state of virtue:
when this was not found in the angel in heaven,
nor in the first man in paradise?
I am he who raise up and save them who mourn:
and those who know their own infirmity;
I lead onward to my divinity.

II. O Lord blessed be thy word;

dulce super mel et favum ori meo..
Quid facerem in tantis tribulationibus et angustiis meis :
nisi me confortares tuis sanctis sermonibus ?
Dummodo tandem ad portum salutis perveniam ;
quid curae est quae et quanta passus fuero ?
Da finem bonum ;
da felicem ex hoc mundo transitum.
Memento mei Deus meus ;
et dirige me recto itinere in regnum tuum.
Amen.

Cap. LVIII.—De Altioribus Rebus et Occultis Judiciis Dei non Scrutandis.

I. Fili.
Caveas disputare de altis materiis et de occultis Dei judiciis ;
cur iste sic relinquitur,
et ille ad tantam gratiam assumitur :
cur etiam iste tantum affligitur ;
et ille tam eximie exaltatur.
Ista omnem humanam facultatem excedunt ; [disputatio.
nec ad investigandum judicium divinum ulla ratio praevalet vel

Quando ergo haec tibi suggerit inimicus,
vel etiam quidam curiosi inquirunt homines :
responde illud prophetae.
Justus es Domine :
et rectum judicium tuum.
Et illud.
Judicia Domini vera,
justificata in semet ipsa.

Judicia mea metuenda sunt,
non discutienda :
quia humano intellectui sunt incomprehensibilia.

Noli etiam inquirere,
nec disputare de meritis sanctorum ;
quis alio sit sanctior,

sweeter to my mouth than honey and the honeycomb.
What should I do in so great tribulations and anguish:
if thou didst not encourage me with thy holy words?
So only I come at length to the haven of salvation;
what matter is it how much or what I suffer?
Grant me a good end;
grant me a happy passage out of this world.
Be ever mindful of me O my God;
and direct me by the straight road to thy kingdom.
Amen.

Chapter LVIII.—Of Not Searching into High Matters nor into the Secret Judgments of God.

I. Son.
Take heed thou dispute not about high matters nor about the
why this man is left thus, [hidden judgments of God;
and that other is raised to so great grace:
or why this person is so much afflicted;
and that other so highly exalted.
These things exceed any power of man: [of God.
neither is any reason or discourse able to trace out the judgments

When therefore the enemy suggests to thee these things,
or thou hearest curious men inquiring into them:
give answer in the words of the prophet.
Thou art just O Lord;
and thy judgment is right.
And again.
The judgments of the Lord are true,
justified in themselves.

My judgments are to be feared,
not to be searched into:
for they are incomprehensible to human understanding.

Moreover inquire thou not,
nor dispute concerning the merits of the saints;
which of them is more holy than the other,

aut quis major fuerit in regno caelorum.
Talia generant saepe lites et contentiones inutiles;
nutriunt quoque superbiam et vanam gloriam unde oriuntur indum iste illum sanctum; [vidiae et dissensiones:
et alius alium conatur superbe praeferre.
Talia autem velle scire et investigare nullum fructum afferunt:
sed magis sanctis displicent;
quia non sum Deus dissensionis sed pacis:
quae pax magis in humilitate vera;
quam in propria exaltatione consistit.

Quidam zelo dilectionis trahuntur ad hos vel ad illos ampliori sed humano potius quam divino. [affectu;
Ego sum qui cunctos condidi sanctos:
ego donavi gratiam;
ego praestiti gloriam.
Ego novi singulorum merita:
ego praeveni eos in benedictionibus dulcedinis meae:
ego praescivi dilectos ante saecula.
Ego eos elegi de mundo non ipsi me praeelegerunt;
ego vocavi per gratiam,
attraxi per misericordiam.
Ego perduxi eos per tentationes varias;
ego infudi consolationes magnificas:
ego dedi perseverantiam;
ego coronavi eorum patientiam.
Ego primum et novissimum agnosco:
ego omnes inaestimabili dilectione amplector.
Ego laudandus sum in omnibus sanctis meis:
ego super omnia benedicendus sum et honorandus in singulis;
quos sic gloriose magnificavi et praedestinavi sine ullis praecedenti- [bus propriis meritis.
Qui ergo unum de minimis meis contempserit:
nec magnum honorat;
quia pusillum et magnum ego feci.
Et qui derogat alicui sanctorum;
derogat et mihi et ceteris omnibus in regno caelorum.
Omnes unum sunt per caritatis vinculum:

or which the greater in the kingdom of heaven.
These things oftentimes breed strifes and unprofitable contentions;
and nourish pride and vain glory whence arise envy and dissensions:
whilst one man proudly seeks to exalt this saint;
and another man another.
Now to desire to know and to search into such things as these
but rather displeases the saints; [yields no fruit:
for I am not the God of dissension but of peace:
which peace consists more in true humility;
than in exalting self.

Some are drawn by a zeal of love towards these saints or those
but with affection rather human than divine. [with greater affection;
I am he who made all the saints:
I gave them grace;
I have bestowed on them glory.
I know the merits of each:
I prevented them by the blessings of my sweetness;
I foreknew my beloved before the ages.
I chose them out of the world it was not they who first chose me;
I called them by grace,
and drew them to me by mercy.
I led them through many temptations:
I poured into their hearts marvellous consolations:
I gave them perseverance;
I have crowned their patience.
I know the first and the last:
I embrace all with an inestimable love.
I am to be praised in all my saints: [of them;
I am to be blessed above all things and to be honoured in each one
whom I have thus gloriously magnified and predestined without
[any foregoing merits of their own.

He therefore who despises one of the least of my saints:
honours not him who is great;
for I have made both small and great.
And he who derogates from any one of the saints;
derogates also from me and from all others in the kingdom of heaven.
They are all one through the bond of love:

idem sentiunt idem volunt;
et omnes in unum se diligunt.
Adhuc autem quod multo altius est;
plus me quam se et sua merita diligunt.
Nam supra se rapti et extra propriam dilectionem tracti,
toti in amorem mei pergunt;
in quo et fruitive quiescunt.
Nihil est quod eos avertere possit aut deprimere:
quippe qui aeterna veritate pleni,
igne ardescunt inextinguibilis caritatis.

Taceant igitur carnales et animales homines de sanctorum statu [disserere;
qui non norunt nisi privata gaudia diligere.
Demunt et addunt pro sua inclinatione;
non prout placet aeternae veritati.
In multis est ignorantia;
eorum maxime qui parum illuminati,
raro aliquem perfecta dilectione spirituali diligere norunt.
Multum adhuc naturali affectu et humana amicitia ad hos vel ad [illos trahuntur:
et sicut in inferioribus se habent;
ita et de caelestibus imaginantur.
Sed est distantia incomparabilis quae imperfecti cogitant;
et quae illuminati viri per revelationem supernam speculantur.

II. Cave ergo fili de istis curiose tractare quae tuam scientiam [excedunt;
sed hoc magis satage et intende;
ut vel minimus in regno Dei queas inveniri.
Etsi quispiam sciret quis alio sanctior esset vel major haberetur in [regno caelorum:
quid ei haec notitia prodesset,
nisi se ex hac cognitione coram me humiliaret et in majorem nominis [mei laudem exsurgeret?
Multo acceptius Deo facit qui de peccatorum suorum magnitudine [et virtutum suarum parvitate cogitat,
et quam longe a perfectione sanctorum distat;

they have the same sentiments the same will;
and all love each other as one.
And moreover what is much higher;
they all love me more than themselves and their own merits.
For being carried up above themselves and drawn out of the love [of themselves,
they are wholly set on the love of me;
in whom also they rest with enjoyment.
There is nothing which can divert them from me or lower their rank:
for being full of the eternal truth,
they burn with the fire of a charity which cannot be extinguished.

Therefore let carnal and sensual men forbear to dispute of the [state of the saints;
for they know not how to love any thing but their own delights.
They add and take away according to their own inclination;
not according to what is pleasing to eternal truth.
In many there is ignorance;
especially in such as being but little enlightened,
seldom know how to love any one with a perfect spiritual love.
They are as yet much drawn towards such or such by a natural [affection and human friendship:
and as they are affected with regard to things below;
so they form their ideas of the things of heaven. [imagine;
But there is an incomparable distance between what the imperfect
and what enlightened men contemplate by revelation from above.

II. Take heed therefore my son that thou treat not curiously [of these things which exceed thy knowledge;
but rather make it thy business and thy aim;
that thou be found even the least in the kingdom of God.
Even if any one should know who were more holy or held to be [greater in the kingdom of heaven:
what would this knowledge profit him,
unless he would take occasion from knowing this to humble himself [in my sight and rise up to a greater praise of my name?
He does what is far more pleasing to God who thinks of the great- [ness of his own sins and the littleness of his own virtues,
and how far from the perfection of the saints is he;

quam is qui de eorum majoritate vel parvitate disputat.
Melius est sanctos devotis precibus et lacrimis exorare,
et eorum gloriosa suffragia humili mente implorare ;
quam eorum secreta vana inquisitione perscrutari.
Illi bene et optime contentantur ;
si homines scirent contentari et vaniloquia sua compescere.
Non gloriantur de propriis meritis :
quippe qui sibi nihil bonitatis ascribunt sed totum mihi ;
quoniam ipsis cuncta ex infinita caritate mea donavi.
Tanto amore divinitatis et gaudio supereffluenti replentur :
ut nihil eis desit gloriae ;
nihilque possit deesse felicitatis.
Omnes sancti quanto altiores in gloria tanto humiliores in se ipsis ;
et mihi viciniores et dilectiores exsistunt.
Ideoque habes scriptum :
quia mittebant coronas suas ante Deum et ceciderunt in facies suas
et adoraverunt viventem in saecula saeculorum. [coram Agno ;

III. Multi quaerunt quis major sit in regno Dei ;
qui ignorant an cum minimis erunt digni computari.
Magnum est vel minimum esse in caelo,
ubi omnes magni sunt ;
quia omnes filii Dei vocabuntur et erunt.
Minimus erit in mille ;
et peccator centum annorum morietur.
Quum enim quaererent discipuli quis major esset in regno caelorum ;
tale audierunt responsum.
Nisi conversi fueritis et efficiamini sicut parvuli ;
non intrabitis in regnum caelorum.
Quicumque ergo humiliaverit se sicut parvulus iste ;
hic major est in regno caelorum.
Vae eis qui cum parvulis humiliare se sponte dedignantur ;
quoniam humilis janua regni caelestis eos non admittet intrare.
Vae etiam divitibus,
qui habent hic consolationes suas :
quia pauperibus intrantibus in regnum Dei ;
ipsi stabunt foras ejulantes.

who disputes about their greatness or smallness.
It is better to invoke the saints with devout prayers and tears,
and to implore their glorious suffrages with a humble mind;
than by a vain inquiry to search into their secrets.

They are well yea perfectly contented;
if men would be but contented and would refrain from their vain [discourses.
They glory not in their own merits:
for they ascribe nothing of goodness to themselves but all to me;
because I bestowed all upon them out of my infinite charity.
They are filled with so great a love of the Divinity and with such [overflowing joy:
that there is nothing lacking to their glory;
nor can any happiness be lacking to them.
All the saints the higher they are in glory the more humble are they [in themselves;
and the nearer to me and the better beloved by me.
And therefore thou hast it written:
that they cast their crowns before God and fell on their faces before [the Lamb;
and adored him who liveth for ever and ever.

III. Many inquire who is the greater in the kingdom of God;
when they know not whether they shall be worthy to be numbered [among the least.
It is a great matter to be even the least in heaven,
where all are great;
because all shall be called and shall be the children of God.
The least shall be as a thousand;
and the sinner of a hundred years shall die.
For when the disciples asked who was the greater in the kingdom [of heaven;
they received this answer.
Except ye be converted and become as little children;
ye shall not enter into the kingdom of heaven.
Whosoever therefore shall humble himself as this little child;
he is the greater in the kingdom of heaven.

Woe to them who disdain to humble themselves willingly with the [little children;
for the low gate of the heavenly kingdom will not allow them to [enter.
Woe also to the rich,
who have their consolations here:
for when the poor shall go into the kingdom of God;
they shall stand without lamenting.

Gaudete humiles,
et exsultate pauperes:
quia vestrum est regnum Dei;
si tamen in veritate ambulatis.

Cap. LIX.—Quod omnis Spes et Fiducia in solo Deo est Figenda.

I. Domine quae est fiducia mea quam in hac vita habeo:
aut quod majus solatium meum ex omnibus apparentibus sub caelo?
Nonne tu Domine Deus meus:
cujus misericordiae non est numerus?
Ubi mihi bene fuit sine te?
Aut quando male esse potuit praesente te?
Malo pauper esse propter te;
quam dives sine te.
Eligo potius tecum in terra peregrinari;
quam sine te caelum possidere.
Ubi tu ibi caelum:
atque ibi mors et infernus;
ubi tu non es.
Tu mihi in desiderio es;
et ideo post te gemere clamare et exorare necesse est.
In nullo denique possum plene confidere qui in necessitatibus
nisi in te solo Deo meo. [auxilietur opportunius;
Tu es spes mea tu fiducia mea;
tu consolator meus et fidelissimus in omnibus.

Omnes quae sua sunt quaerunt:
tu salutem meam et profectum meum solummodo praetendis;
et omnia in bonum mihi convertis.
Etiamsi variis tentationibus et adversitatibus exponas:
hoc totum ad utilitatem meam ordinas;
qui mille modis dilectos tuos probare consuevisti.

Rejoice ye who are humble,
and be glad ye who are poor:
for yours is the kingdom of God;
if indeed ye walk in truth.

Chapter LIX.—That all Hope and Confidence is to be Fixed in God alone.

I. Lord what is my confidence which I have in this life:
or what my greater comfort amongst all things which are seen [under heaven?
Is it not thou O Lord my God:
whose mercies are without number?
Where was it ever well with me absent from thee?
Or when could things go ill with me when thou wast present?
I had rather be poor for thy sake;
than rich without thee.
I choose rather to sojourn upon earth with thee;
than to possess heaven without thee.
Where thou art there is heaven:
and there is death and hell;
where thou art not.
Thou art my longing;
and therefore I must needs sigh after thee cry and entreat.
In short I cannot fully trust in any one to bring me more season- [able help in my necessities;
save only in thee my God.
Thou art my hope thou my confidence;
thou my comforter and most faithful in all things.

All seek their own interest:
thou aimest only at my salvation and profit;
and turnest all things to my good.
Even though thou expose me to various temptations and adversities:
yet all this thou ordainest for my good;
thou who art wont to prove thy beloved servants a thousand ways.

In qua probatione non minus diligi debes et laudari ;
quam si caelestibus consolationibus me repleres.
In te ergo Domine Deus pono totam spem meam et refugium ;
in te omnem tribulationem et angustiam meam constituo :
quia totum infirmum et instabile invenio ;
quidquid extra te conspicio.

Non enim proderunt multi amici,
neque fortes auxiliarii adjuvare poterunt ;
nec prudentes consiliarii responsum utile dare,
neque libri doctorum consolari :
nec aliqua pretiosa substantia liberare,
nec locus aliquis secretus et amoenus contutari ; [todias.
si tu ipse non assistas juves confortes consoleris instruas et cus-
Omnia namque quae ad pacem videntur esse et felicitatem haben-
te absente nihil sunt ; [dam :
nihilque felicitatis in veritate conferunt.
Finis ergo omnium bonorum et altitudo vitae,
et profunditas eloquiorum tu es ;
et in te super omnia sperare fortissimum solatium servorum tuorum.
Ad te sunt oculi mei ;
in te confido Deus meus misericordiarum Pater.

II. Benedic et sanctifica animam meam benedictione caelesti,
ut fiat habitatio sancta tua et sedes aeternae gloriae tuae :
nihilque in templo tuae dignitatis inveniatur ;
quod oculos tuae majestatis offendat.
Secundum magnitudinem bonitatis tuae,
et multitudinem miserationum tuarum respice in me ;
et exaudi orationem pauperis servi tui longe exsulantis in regione
[umbrae mortis.
Protege et conserva animam servuli tui inter tot discrimina vitae
[corruptibilis ;
ac comitante gratia tua dirige per viam pacis ad patriam perpetuae
[claritatis.

Amen.

And in this proving of me thou oughtest no less to be loved and
than if thou wert to fill me with heavenly consolations. [praised:
In thee therefore Lord God I put all my hope and refuge;
on thee I repose all my tribulation and anguish:
for I find all to be infirm and unstable;
whatever I behold out of thee.

For neither will many friends avail me,
nor strong helpers bring me succour;
nor wise counsellors give an useful answer,
nor books of learned men console me:
nor all precious substance set me free,
nor any secret and pleasant place keep me safe; [and keep me.
if thou thyself stand not by me help not strengthen cheer teach
For all things which seem to be for our peace and for our happiness:
are nothing when thou art absent;
and in truth confer no happiness.
Thou therefore art the end of all good the height of life,
and the depth of all that can be uttered;
and to trust in thee above all things is the greatest comfort of thy
To thee I lift mine eyes; [servants.
in thee my God Father of mercies I put my trust.

II. Bless and sanctify my soul with thy heavenly blessing, [glory:
that it may be made thy holy habitation and the seat of thy eternal
and in what thou hast deigned to make thy temple let nothing be
which may offend the eyes of thy majesty. [found;
According to the greatness of thy goodness,
and the multitude of thy mercies look down upon me;
and give ear to the prayer of thy poor servant banished far from
[thee in the region of the shadow of death.
Protect and keep the soul of thy poor servant amidst so many
[perils of this corruptible life;
and direct him with the fellowship of thy grace through the path
[of peace to the country of everlasting light.
Amen.

DEVOTA
EXHORTATIO AD SACRAM COMMUNIONEM.

LIBER QUARTUS.

A DEVOUT
EXHORTATION TO HOLY COMMUNION.

BOOK IV.

LIB. IV.

VOX CHRISTI.

Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis;
et ego reficiam vos dicit Dominus.
Panis quem ego dabo;
caro mea est pro mundi vita.
Accipite et comedite:
hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur;
hoc facite in meam commemorationem.
Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem;
in me manet,
et ego in illo.
Verba quae ego locutus sum vobis;
spiritus et vita sunt.

Cap. I.—Cum Quanta Reverentia Christus sit Suscipiendus.

VOX DISCIPULI.

I. Haec sunt verba tua Christe Veritas aeterna:
quamvis non uno tempore prolata;
nec uno in loco conscripta.
Quia ergo tua sunt et vera;
gratanter mihi et fideliter cuncta sunt accipienda.
Tua sunt et tu ea protulisti:
et mea quoque sunt;
quia pro salute mea ea edidisti.
Libenter suscipio ea ex ore tuo;
ut artius inserantur cordi meo.
Excitant me verba tantae pietatis;
plena dulcedinis et dilectionis.
Sed terrent me delicta propria;
et ad capienda tanta mysteria me reverberat impura conscientia.

BOOK IV.

THE VOICE OF CHRIST.

Come unto me all ye who labour and are heavy laden;
and I will refresh you saith the Lord.
The bread which I will give;
is my flesh for the life of the world.
Take and eat:
this is my body which shall be delivered for you;
do this in remembrance of me.
He who eateth my flesh and drinketh my blood;
abideth in me,
and I in him.
The words which I have spoken to you;
are spirit and life.

Chapter I.—With how Great Reverence Christ is to be Received.

THE VOICE OF THE DISCIPLE.

1. These are thy words O Christ eternal Truth:
though not all delivered at one time;
nor written in one place.
Since therefore they are thy words and true;
they are all to be received by me gratefully and with faith.
They are thine and thou didst utter them:
and they are also mine;
because thou didst give them forth for my salvation.
Gladly do I receive them from thy mouth;
that they may be more closely ingrafted on my heart.
Words of so great tenderness encourage me;
full of sweetness and love.
But my own sins terrify me;
and my unclean conscience beats me back from approaching to

 [such great mysteries.

Provocat me dulcedo verborum tuorum;
sed onerat multitudo vitiorum meorum.

Jubes ut fiducialiter ad te accedam,
si tecum velim habere partem:
et ut immortalitatis accipiam alimoniam,
si aeternam cupiam obtinere vitam et gloriam.
Venite inquis ad me omnes qui laboratis et onerati estis;
et ego reficiam vos.
O dulce et amicabile verbum in aure peccatoris;
quod tu Domine Deus meus egenum et pauperem invitas ad com-
Sed quis ego sum Domine: [munionem tui sanctissimi corporis.
ut ad te praesumam accedere?
Ecce caeli caelorum te non capiunt:
et tu dicis venite ad me omnes?
Quid sibi vult ista piissima dignatio:
et tam amicabilis invitatio?
Quomodo ausus ero venire:
qui nihil boni mihi conscius sum unde possim praesumere?
Quomodo te introducam in domum meam:
qui saepius offendi benignissimam faciem tuam?
Reverentur angeli et archangeli,
metuunt sancti et justi:
et tu dicis venite ad me omnes?
Nisi tu Domine hoc diceres:
quis verum esse crederet?
Et nisi tu juberes:
quis accedere attentaret?

Ecce Noë vir justus in arcae fabrica centum annis laboravit ut
et ego quomodo me potero una hora praeparare, [cum paucis
ut mundi fabricatorem cum reverentia sumam? [salvaretur:
Moyses famulus tuus magnus et specialis amicus tuus arcam ex
quam et mundissimo vestivit auro, [lignis imputribilibus fecit,
ut tabulas legis in ea reponeret:
et ego putrida creatura audebo te conditorem legis ac vitae datorem
[tam facile suscipere?

The sweetness of thy words invites me;
but the multitude of my offences weighs me down.

Thou commandest me to draw near to thee with confidence,
if I would have part with thee:
and to receive the food of immortality,
if I would obtain life and glory everlasting.
Come to me thou sayest all ye who labour and are heavy laden;
and I will refresh you.
O sweet and kindly word in the ear of a sinner;
that thou O Lord my God shouldest invite the poor and needy to
[the communion of thy most sacred body.
But who am I Lord:
that I should presume to come to thee?
Behold the heaven of heavens cannot contain thee:
and thou sayest come ye all to me?
What means this most compassionate condescension:
and so friendly an invitation?
How shall I dare to approach:
who am conscious to myself of no good on which I can presume?
How shall I introduce thee into my house:
I who have too often offended thy most gracious countenance?
Angels and the archangels stand in awe,
the saints and the just are afraid:
and thou sayest come ye all to me?
Unless thou O Lord hadst said it:
who could believe it to be true?
And unless thou didst command it:
who would attempt to draw near?
[ark that he with a few might be saved:
Behold Noë a just man toiled an hundred years in building the
and I how can I in one hour prepare myself,
to receive with reverence the maker of the world?
Moses that great servant of thine and thy special friend made an
which he also covered with purest gold, [ark of incorruptible wood,
that he might lay up therein the tables of the law:
and shall I a foul corrupted creature presume so lightly to receive
[thee the maker of the law and the giver of life?

Salomon sapientissimus regum Israel templum magnificum sep-
[tem annis in laudem nominis tui aedificavit,
et octo diebus festum dedicationis ejus celebravit,
mille hostias pacificas obtulit,
et arcam foederis in clangore buccinae et jubilo in locum sibi prae-
[paratum solemniter collocavit:
et ego infelix et pauperrimus hominum quomodo te in domum meam
[introducam,
qui vix mediam expendere devote novi horam et utinam vel semel
[digne fere mediam?

II. O mi Deus quantum illi ad placendum tibi studuerunt.
Heu quam pusillum est quod ago;
quam breve expleo tempus,
quum me ad communicandum dispono.
Raro totus collectus;
rarissime ab omni distractione purgatus.
Et certe in tua salutari Deitatis praesentia,
nulla deberet occurrere indecens cogitatio:
nulla etiam occupare creatura;
quia non angelum,
sed angelorum dominum suscepturus sum hospitio.

Est tamen vaide magna distantia inter arcam foederis cum suis
[reliquiis,
et mundissimum corpus tuum cum suis ineffabilibus virtutibus:
inter legalia illa sacrificia futurorum praefigurativa;
et veram corporis tui hostiam omnium antiquorum sacrificiorum
[completivam.
Quare igitur non magis ad tuam venerabilem inardesco praesentiam,
cur non majori me praeparo sollicitudine ad tua sancta sumenda:
quando illi antiqui sancti patriarchae et prophetae,
reges quoque et principes cum universo populo,
tantum devotionis demonstrarunt affectum erga cultum divinum?

III. Saltavit devotissimus rex David coram arca Dei totis viribus,
recolens beneficia olim indulta patribus;
fecit diversi generis organa:
psalmos edidit,

Solomon wisest of the kings of Israel employed seven years in
[building a magnificent temple to the praise of thy name,
and for eight days he kept the feast of the dedication thereof,
he offered a thousand peace-offerings,
and solemnly with sound of trumpet and with shoutings set up the
[ark of the covenant in the place prepared for it:
and I wretched and poorest of men how shall I bring thee into my
[house,
I who can hardly spend one half-hour devoutly and would that I
[had ever once spent one half-hour as I ought?

II. O my God how much did they endeavour to please thee.
Alas how little is it that I do;
how short a time do I spend,
when I prepare myself to communicate.
Seldom am I wholly collected;
very seldom free from all distraction.
And yet surely in the life-giving presence of thy Deity,
no unbecoming thought should occur to me:
nor any thing created occupy my mind;
for it is not an angel,
but the lord of angels whom I am about to entertain as my guest.

And yet there is a very great difference between the ark of the
[covenant with its relics,
and thy most pure body with its unspeakable virtues: [come;
between those sacrifices of the law which were figures of things to
and the true sacrifice of thy body which is the accomplishing of all
[those ancient sacrifices.
Why then do I not more ardently long for thy adorable presence,
why do I not prepare myself with greater care to receive thy sacred
since those holy patriarchs and prophets of old, [gifts:
kings also and princes with the whole people, [ship?
have shown so great affection of devotion towards thy divine wor-
[with all his might,

III. The most devout king David danced before the ark of God
commemorating the benefits bestowed on the fathers in times past;
he made musical instruments of sundry kinds:
he put forth psalms,

et cantare instituit cum laetitia ;
cecinit et ipse frequenter in cithara,
Spiritus sancti afflatus gratia :
docuit populum Israel toto corde Deum laudare ;
et ore consono diebus singulis benedicere et praedicare.

Si tanta agebatur tunc devotio ac divinae laudis exstitit recor-
coram arca testamenti : [datio,
quanta nunc mihi et omni populo christiano habenda est reverentia
[et devotio in praesentia sacramenti,
in sumptione excellentissimi corporis Christi ?

IV. Currunt multi ad diversa loca pro visitandis reliquiis sanc-
et mirantur auditis gestis eorum ampla aedificia templorum: [torum ;

inspiciunt et osculantur sericis et auro involuta sacra ossa ipsorum ;
et ecce tu praesens es hic apud me in altari Deus meus sanctus sanc-
[torum creator hominum et dominus angelorum.

Saepe in talibus videndis curiositas est hominum et novitas invi-
[sorum :
et modicus reportatur emendationis fructus ;
maxime ubi est tam levis sine vera contritione discursus.
Hic autem in sacramento altaris totus praesens es Deus meus homo
[Christus Jesus:
ubi et copiosus percipitur aeternae salutis fructus ;
quotiescumque fueris digne ac devote susceptus.
Ad istud vero non trahit levitas aliqua nec curiositas aut sensualitas;
sed firma fides devota spes et sincera caritas.

V. O invisibilis conditor mundi Deus,
quam mirabiliter agis nobiscum :
quam suaviter et gratiose cum electis tuis disponis ;
quibus temet ipsum in sacramento sumendum proponis.
Hoc namque omnem intellectum superat ;
hoc specialiter devotorum corda trahit et accendit affectum.
Ipsi enim veri fideles tui,
qui totam vitam suam ad emendationem disponunt ;
ex hoc dignissimo sacramento magnam devotionis gratiam et vir-
[tutis amorem frequenter recipiunt.

and appointed them to be sung with joy;
he himself likewise often sang to the harp,
inspired with the grace of the Holy Ghost:
he taught the people of Israel to praise God with their whole heart;
and to join their voices in blessing and magnifying him every day.
If so great devotion was then used and such remembrance of the
before the ark of the covenant: [praise of God,
how great ought to be the reverence and devotion which I and all
[Christian people should have in the presence of this sacrament,
in the receiving of the all-transcending body of Christ?

IV. Many run to sundry places to visit the relics of the saints;
and are astonished to hear of their wonderful works and at the
[spacious buildings of their churches:
they look at and kiss their sacred bones wrapt up in silk and gold;
and behold thou art present here to me on the altar thou my God
[saint of saints creator of men and lord of angels.
Oftentimes in seeing those things men are moved with curiosity
[and the novelty of things not yet seen:
and but little fruit of amendment is reaped thereby; [contrition.
especially when men so lightly run hither and thither without true
But here in the sacrament of the altar thou art wholly present my
[God the man Christ Jesus:
where also the fruit of eternal salvation is plentifully reaped;
as often as thou art worthily and devoutly received.
And to this we are not drawn by any levity curiosity or by sense;
but by a firm faith a devout hope and a sincere charity.

V. O invisible God creator of the world,
how wonderfully does thou deal with us: [elect;
how sweetly and graciously dost thou order all things with thine
to whom thou offerest thyself to be received in this sacrament.
For this passes all understanding;
this in a particular manner attracts the heart of the devout and en-
For thy true faithful, [kindles their love.
who dispose their whole life towards amendment;
frequently receive a great grace of devotion and love of virtue from
[this most worthy sacrament,

VI. O admirabilis et abscondita gratia sacramenti:
quam norunt tantum Christi fideles;
infideles autem et peccatis servientes experiri non possunt.
In hoc sacramento confertur spiritualis gratia:
et reparatur in anima virtus amissa;
et per peccatum deformata redit pulchritudo.
Tanta est aliquando haec gratia;
ut ex plenitudine collatae devotionis non tantum mens sed et debile [corpus vires sibi praestitas sentiat ampliores.

VII. Dolendum tamen valde et miserandum super tepiditate et [negligentia nostra:
quod non majori affectione trahimur ad Christum sumendum;
in quo tota spes salvandorum consistit et meritum.
Ipse enim est sanctificatio nostra et redemptio:
ipse consolatio viatorum et sanctorum aeterna fruitio.
Dolendum itaque valde quod multi tam parum hoc salutare mysquod caelum laetificat, [terium advertunt:
et mundum conservat universum.
Heu caecitas et duritia cordis humani,
tam ineffabile donum non magis attendere;
et ex quotidiano usu etiam ad inadvertentiam defluere.
Si enim hoc sanctissimum sacramentum in uno tantum celebraretur
et ab uno tantum consecraretur sacerdote in mundo: [loco,
quanto putas desiderio ad illum locum et ad talem Dei sacerdotem [homines afficerentur;
ut divina mysteria celebrari viderent.
Nunc autem multi facti sunt sacerdotes,
et in multis locis offertur Christus:
ut tanto major appareat gratia et dilectio Dei ad hominem;
quanto latius est sacra communio diffusa per orbem.

Gratias tibi Jesu bone pastor aeterne:
qui nos pauperes et exsules dignatus es pretioso corpore et sanguine [tuo reficere;
et ad haec mysteria percipienda etiam proprii oris tui alloquio in- [vitare dicendo.

VI. O wonderful and hidden grace of this sacrament:
which only the faithful of Christ know;
but which unbelievers and those who serve sin cannot experience.
In this sacrament is conferred spiritual grace:
the virtue lost is repaired in the soul;
and the beauty comes back which had been disfigured by sin.
And so great sometimes is this grace;
that from the abundance of the devotion which is granted not only
[the mind but the frail body also feels
[fuller strength bestowed on it.

VII. Yet it is much to be lamented and bewailed that we should
[be so lukewarm and negligent:
as not to be drawn with greater affection to the receiving of Christ;
in whom consist all the hope and the merit of those who are to be
For he is our sanctification and redemption: [saved.
he is the consolation of wayfarers and the eternal enjoyment of saints.
It is therefore much to be lamented that many take so little heed
which gladdens heaven, [to this saving mystery:
and upholds all the world.

Alas for the blindness and hardness of the human heart,
which does not more consider so unspeakable a gift;
and from daily habit even drifts down into heedlessness.
For if this most holy sacrament were celebrated in only one place,
and consecrated only by one priest in the world:
with how great longing thinkest thou would men be affected
[towards that place and to such a priest of God;
that they might see the divine mysteries celebrated.
But now there are made many priests,
and Christ is offered up in many places: [greater;
that the grace and love of God to man may appear so much the
the more widely this holy communion is spread throughout the
[world.

Thanks be to thee O Jesus good shepherd continuing ever:
who hast vouchsafed to feed us poor exiles with thy precious body
[and blood;
and to invite us to the receiving of these mysteries with the words
[even of thine own mouth saying.

Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis ;
et ego reficiam vos.

Cap. II. -Quod Magna Bonitas et Caritas Dei in Sacramento Homini Exhibetur.

VOX DISCIPULI.

I. Super bonitate tua et magna misericordia tua Domine accedo aeger ad Salvatorem ; [confisus,
esuriens et sitiens ad fontem vitae,
egenus ad regem caeli :
servus ad dominum,
creatura ad creatorem ;
desolatus ad meum pium consolatorem.

Sed unde hoc mihi :
ut venias ad me ?
Quis ego sum,
ut praestes mihi te ipsum ?
Quomodo audet peccator coram te apparere :
et tu quomodo dignaris ad peccatorem venire ?
Tu nosti servum tuum ;
et scis quia nil boni in se habet,
unde hoc illi praestes.

Confiteor igitur vilitatem meam :
agnosco tuam bonitatem,
laudo pietatem ;
et gratias ago propter nimiam caritatem:
Propter temet ipsum enim hoc facis,
non propter mea merita :
ut bonitas tua mihi magis innotescat,
caritas amplior ingeratur ;
et humilitas perfectius commendetur.
Quia ergo tibi hoc placet,
et tu sic fieri jussisti :

Come to me all ye who labour and are heavy laden;
and I will refresh you.

Chapter II.—That the Great Goodness and Love of God is Shown to Man in this Sacrament.

The Voice of the Disciple.

I. O Lord trusting in thy goodness and in thy great mercy,
sick I come to the Saviour;
hungry and thirsty to the fountain of life,
needy to the king of heaven:
a servant to his lord,
a creature to the creator;
in desolation to my merciful comforter.

But whence is this to me:
that thou shouldest come to me?
Who am I,
that thou shouldest give thyself to me?
How dare a sinner appear before thee:
and how dost thou vouchsafe to come to a sinner?
Thou knowest thy servant;
and thou knowest that he has nothing of good in himself,
that thou shouldest grant him this favour.

I confess therefore my unworthiness:
I acknowledge thy bounty,
I praise thy mercy;
and I give thee thanks for thy exceeding love.
For it is of thine own mercy that thou doest this,
not for my merits:
in order that thy goodness may be better known to me,
that greater love may be imparted;
and humility more perfectly set forth.
Since therefore this pleases thee,
and thou hast bidden thus:

placet et mihi dignatio tua;
et utinam iniquitas mea non obsistat.

O dulcissime et benignissime Jesu quanta tibi reverentia et [gratiarum actio cum perpetua laude pro [susceptione sacri corporis tui debetur;
cujus dignitatem nullus hominum explicare potens invenitur.
Sed quid cogitabo in hac communione in accessu ad Dominum [meum quem debite venerari nequeo:
et tamen devote suscipere desidero?
Quid cogitabo melius et salubrius:
nisi me ipsum totaliter humiliando coram te,
et tuam infinitam bonitatem exaltando supra me?
Laudo te Deus meus et exalto in aeternum:
despicio me et subjicio tibi in profundum vilitatis meae.
Ecce tu sanctus sanctorum:
et ego sordes peccatorum.
Ecce tu inclinas te ad me:
qui non sum dignus ad te respicere
Ecce tu venis ad me;
tu vis esse mecum,
tu invitas ad convivium tuum.
Tu mihi dare vis caelestem cibum;
et panem angelorum ad manducandum.
Non alium sane quam te ipsum panem vivum qui de caelo de- [scendisti;
et das vitam mundo.
Ecce unde dilectio procedit:
qualis dignatio illucescit;
quam magnae gratiarum actiones et laudes tibi pro his debentur.
O quam salutare et utile consilium tuum quum istud instituisti:

quam suave et jucundum convivium quum te ipsum in cibum [donasti.
O quam admirabilis operatio tua Domine:
quam potens virtus tua;
quam infallibilis veritas tua.
Dixisti enim et facta sunt omnia;
et hoc factum est quod ipse jussisti.

thy gracious condescension pleases me also;
and oh that my iniquity may not stand in my way.

O sweetest and most kind Jesus how great reverence and thanks
[with perpetual praise are due to thee
[for the receiving of thy sacred body;
whose dignity no man is found able to unfold.
But what shall I think of in this communion when I am approaching
[to my Lord whom I can never reverence as much as I ought:
and yet whom I long to receive with devotion?
What can I think of better or more wholesome to my soul:
than to humble myself entirely in thy presence,
and extol thine infinite goodness above me?
I praise thee my God and I extol thee for ever;
I despise myself and subject myself to thee casting myself down
Behold thou art the most holy one; [to the depth of mine
and I am the scum of sinners. [unworthiness.
Behold thou bowest thyself down to me;
who am not worthy to look up to thee.
Behold thou comest to me;
thou willest to be with me,
thou invitest me to thy banquet.
Thou willest to give me heavenly food;
and the bread of angels to eat.
Verily none other than thyself the living bread who didst come down
and who givest life to the world. [from heaven;
Behold whence love proceeds:
what condescension shines forth;
how great thanks and praises are due to thee for these things.
Oh how wholesome and profitable thy design when thou didst in-
[stitute this:
how sweet and full of joy this banquet in which thou givest thyself
How admirable is thy working O Lord: [to be our food.
how mighty thy virtue;
how infallible thy truth.
For thou spakest and all things were made;
and that was done which thou didst thyself command.

Mira res et fide digna,
ac humanum vincens intellectum:
quod tu Domine Deus meus verus Deus et homo sub modica specie [panis et vini integer contineris;
et sine consumptione a sumente manducaris.
Tu Domine universorum qui nullius habes indigentiam voluisti [per sacramentum tuum habitare in nobis;
conserva cor meum et corpus immaculatum:
ut laeta et pura conscientia saepius tua valeam celebrare mysteria et [ad meam perpetuam accipere salutem;
quae ad tuum praecipue honorem et memoriale perenne sanxisti et [instituisti.

II. Laetare anima mea et gratias age Deo pro tam nobili in hac lacrimarum valle tibi relicto. [munere et solatio singulari;
Nam quoties hoc mysterium recolis et Christi corpus accipis:

toties tuae redemptionis opus agis;
et particeps omnium meritorum Christi efficeris.
Caritas etenim Christi numquam minuitur;
et magnitudo propitiationis ejus numquam exhauritur.
Ideo nova semper mentis renovatione ad hoc disponere te debes;

et magnum salutis mysterium attenta consideratione pensare.

Ita magnum novum et jucundum tibi videri debet,
quum celebras aut missam audis:
ac si eodem die Christus primum in uterum Virginis descendens [homo factus esset;
aut in cruce pendens pro salute hominum pateretur et moreretur.

Cap. III.—Quod Utile sit Saepe Communicare.

vox discipuli.

I. Ecce ego ad te venio Domine:
ut bene mihi sit ex munere tuo,

It is a wonderful thing worthy of faith,
and passing all human understanding:
that thou O Lord my God true God and man art contained whole
[and entire under a small appearance of bread and wine;
and without being consumed art eaten by him who receives thee.
Thou the Lord of all things who hast need of none hast willed
[by thy sacrament to dwell in us;
preserve my heart and my body without stain:
that with glad and clean conscience I may often be able to celebrate
[thy mysteries and to receive for mine eternal salvation;
what thou hast ordained and instituted for thine own especial
[honour and perpetual memorial.

II. Be glad O my soul and give thanks to God for so noble a
left thee in this vale of tears. [gift and so singular a solace;
For as often as thou renewest this mystery and receivest the body
[of Christ:
so often art thou dealing with the work of thy redemption;
and art made partaker of all the merits of Christ.
For the love of Christ never grows less;
and the greatness of his propitiation is never exhausted.
Therefore oughtest thou to dispose thyself for this by an ever
[fresh renewal of thy mind;
and to weigh with attentive consideration the great mystery of thy
[salvation.
And it ought to seem to thee as great as new and as delightful,
as often as thou sayest or hearest Mass:
as if Christ that same day first descending into the womb of the
[Virgin had been made man;
or hanging on the cross was suffering and dying for the salvation
[of men.

Chapter III.—That it is Profitable to Communicate Often.

The voice of the disciple.

I. Behold I come to thee O Lord:
that it may be well with me by thy gift,

et laetificer in convivio sancto tuo ;
quod parasti in dulcedine tua pauperi Deus.
Ecce in te est totum quod desiderare possum et debeo :
tu salus mea et redemptio ;
spes et fortitudo,
decus et gloria.

Laetifica ergo hodie animam servi tui ;
quoniam ad te Domine Jesu animam meam levavi.
Desidero te nunc devote ac reverenter suscipere :
cupio te in domum meam inducere :
quatenus cum Zachaeo merear a te benedici ;
ac inter filios Abrahae computari.
Anima mea corpus tuum concupiscit ;
cor meum tecum uniri desiderat.
Trade te mihi et sufficit ;
nam praeter te nulla consolatio valet.

Sine te esse nequeo ;
et sine visitatione tua vivere non valeo.
Ideoque oportet me frequenter ad te accedere :
et in remedium salutis meae recipere :
ne forte deficiam in via ;
si fuero caelesti fraudatus alimonia.
Sic enim tu misericordissime Jesu praedicans populis et varios curans languores ;
aliquando dixisti.
Nolo eos jejunos dimittere in domum suam ;
ne deficiant in via.
Age igitur hoc mecum modo ;
qui te pro fidelium consolatione in sacramento reliquisti.
Tu es enim suavis refectio animae :
et qui te digne manducaverit ;
particeps et heres erit aeternae gloriae.

Necessarium quidem mihi est qui tam saepe labor et pecco,
tam cito torpesco et deficio :
ut per frequentes orationes et confessiones ac sacram corporis tui perceptionem me renovem mundem et accendam ;
ne forte diutius abstinendo a sancto proposito defluam.

and that I may be made glad in thy holy banquet;
which thou O God in thy sweetness hast prepared for the poor.
Behold in thee is all I can or ought to desire:
thou art my salvation and my redemption;
my hope and my strength,
my honour and my glory.

Gladden then this day the soul of thy servant;
because to thee O Lord Jesus do I lift up my soul.
I long to receive thee now devoutly and reverently:
I desire to bring thee into my house:
that like Zacchæus I may receive thy blessing;
and be numbered among the children of Abraham.
My soul longs for thy body;
my heart desires to be united with thee.
Give thyself to me and it is enough;
for beside thee no consolation avails.

Without thee I cannot subsist;
and without thy visitation I cannot live.
And therefore it behoves me often to come to thee;
and receive thee for the help of my salvation:
lest perchance I faint by the way;
if I be deprived of this heavenly food.
For so most merciful Jesus when thou hadst been preaching to the
thou wert pleased once to say. [people and curing divers diseases;
I will not send them away fasting to their own home;
lest they faint by the way.
Deal therefore thus with me;
thou who hast left thyself in the sacrament for the consolation of
For thou art the sweet refection of the soul: [the faithful.
and he who shall have eaten thee worthily;
shall be partaker and heir of everlasting glory.

It is indeed necessary for me who so often fall and sin,
and so soon grow sluggish and faint:
by frequent prayers and confessions and by the sacred receiving of
[thy body to renew cleanse and inflame myself;
lest perhaps by abstaining too long I slip away from my holy
[purpose.

Proni enim sunt sensus hominis ad malum ab adolescentia sua :
et nisi succurrat divina medicina ;
labitur homo mox ad pejora.
Retrahit ergo sancta communio a malo ;
et confortat in bono. [munico aut celebro :
Si enim modo tam saepe negligens sum et tepidus quando com-
quid fieret si medelam non sumerem et tam grande juvamen non
[quaererem ?
Et licet omni die non sim aptus nec ad celebrandum bene dispositus:
dabo tamen operam congruis temporibus divina percipere mysteria ;
ac tantae gratiae participem me praebere.
